



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

20 Legati etiam de latere, & Nuntii causas in prima instantia cognoscere
non possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cio Ordinatorum, quo ad causas huiusmodi, in prima instantia coram eis iuxta eiusdem Conc. Trid. decretum, cognoscendas, & cap. *habuit facultatem*, ut in litteris sub dat. Rom. anno 1588, 10 Kal. Junii, de quibus in 2. par. Bull. Sixti Papæ V. c. 35 §. Necnon horum, & Sacri Conc. decretis ita caveretur. Legati ¶ quoque etiam de latere, Nuncii, Gubern. Ecclesiast. aut alii quarumcunq; facultatum vigore, non solum Episc. in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem nis præcipere, aut turbare non præsumant, sed nec etiam contra clericos, aliasve personas Ecclesiast. nisi Episc. prius requisito eoque negligente, procedant, aliàs eorum processus, ordinationesve nullius momenti sint. atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur, ut in cap. 20, §. *Legati quoque, sess. 24. de reformat.* Et non creditur ¶ Nuncio Apostolico, nisi ostensis litteris suæ facultatis, ut est rex. in c. 1. §. *sanè in Extravag. com. de elect.* Bartol. in l. *unic. num. 2. C. de mar. princip.* & ibi Dec. *num. 15* & Fed. de Sen. *consil. 251. num. 1.* cum enim agatur de interesse Episcoporum, in quorum diocesanos jurisdictionem exercere debent, illis, quorum interest, facultas est edenda, quia cum Nunciis Apostol. plures facultates ad voluntariam jurisdictionem spectantes concedantur, ut beneficia conferendi, dummodò secundum communem æstimationem valorem annum 24. ducat, non excedant, non tamen in Cathedralibus. Ecclesiis, ac ut plurimum nec in Collegiatis, minusque beneficia regularia, monitorialesque litteras in forma: Significavit, dispensationes extra tempora pro arêtatis, & in aliquibus casibus absolvendi, illa clausula, quòd inferere

non teneatur, respicit similes provisiones in quibus facultas non est inferenda, & non sequitur: non est inferenda, ergo nec edenda, quia aliud est inferere, & aliud edere, & ex diversis non fit illatio, l. *Papinianus exuli, ff. de minor.* Quando enim agitur de præjudicio tertii, tunc, nec Cardinali asserenti se legatum, creditur, nisi ostensis litteris suæ legationis, ut post plures per ipsum citatos tenet Farinac. in *tract. de test. q. 63, c. 2, n. 64* & quando absque illius editione in Regno, seu Provincia ei commissã, habetur, & reputatur pro Nuncio, postquam à Rege, ¶ vel Principe, ad quem fuit missus, dignoscitur admissus, & receptus; tunc absque ostensione litterarum habebitur ab omnibus pro Nuncio, in his quæ ad Nunciaturæ officium, & jure legationis spectant, secus, quo ad alia, quæ speciale mandatum requirunt, ut distinguit Staphil. *qual. deb. ff. leg. n. 10.* & in concernentibus jurisdictionem, in quibus non creditur Nuncio, nisi ostensis litteris ex supra allegatis, c. *nobilissimus*, junct. *glos. 97. dist. Abb. in cap. quod super his, n. 5.* & Felin. *n. 9. de fide instr. licet autem Staphil. ubi supra. nu. 12.* teneat, quòd, si Legatus habeat in facultatibus, quòd non teneatur inferere, vel ostendere facultates, stabitur assertionis suæ, argumento statuti disponentis, quòd statur juramento officialis, ibi loquitur de Legato de latere, & sic de Cardinali, non de Nuncio, & argumentum, quòd statur juramento officialis, non procedit in assertionem Nuncii sine juramento, cui non est credendum, quia in causa propria nemo est idoneus testis, c. *si testos*, §. *item omnibus*, 4. q. 3. c. *in super. in fi.* & ibi Abb. *nu. 6. de testi.* tantò minus, quia unicus & unicus testis non probat, c. *veniens*, & c. *licet.*